de regno Persarum & eius euersione: & ad quos erat deuenturum. Deinde etiam de Regina Austri, quæ quidem postea finem acceperunt, & scripta sunt in libris, qui vocantur Machabæorum. XXVI.

Daniel adhuc iuuenis annorũ 13 liberat Susannam, Anno mũdi 3438, iuxta Tornullum. *Dan. 13. Gen. 19.*

NON ex his autem solis, sed etiam ex alijs, Daniel apparuit magnus in contemplatione & admirandus intelligentia. Et vt alia omittamus, quod de Susanna factum est iudicium, quod diu ante fecit, cùm esset adhuc iuuenis, quidnam reliquit intelligentiæ, quo id possit superare? Quæ quidem cum fuisset marito fidelis, morte autem esset damnata ex iniquissima calumnia eorum, qui illam impudicis adspexerant oculis, & erat similia passura ijs, quæ Ioseph passus est, qui illum tunc eripuit, is eam quoque admirabiliter seruat per Danielem: qui sapiente iudicio seniorum conuicit malignitatem, & eos magis morte dignos ostendit, & vt mortem paterentur effecit. XXVII.

Obit mortem S. Daniel.

CVM tanta esset intelligentia, tanta gratia & tam magnis dignus est habitus contemplationibus: cumque ipsa Dei arcana, & duplicis verbi aduentus mysteria spiritu esset contemplatus: quinetiam quæcunq; sunt alijs pluris facienda, & quæcunque sunt euentura in fine sæculi, & eam, quæ tunc erit, afflictionem, & hominum ex terræ aggere resurrectionem, & sanctorum gloriam, & impiorum ignominiam, quæ nunquam desinit, & Dei profunda, quantum potest is, qui est carne indutus, per ipsa scrutantem spiritum cognouisset, deinde vinculo solutus, terra terræ lubenter tradita, ad Deum, quem desiderabat, vir desideriorum abijt, cum his tribus & amicis pueris & Prophetis perpetuo conuersans, & nec à nobis quidem, quod ad defendendum & adiuuandum attinet, abscedẽs: Ad gloriam Patris & Filij & Spiritus sancti, supernaturalis & diuinæ Trinitatis: Quam decet honor & adoratio in secula seculorum, Amen.

Humatus est S. Daniel in angusta cauerna honoribus magnis in Babylone, vbi adhuc suo tempore eius monumentum extare habet Epiphanius de vita & inter prophetarum cap. 10. in fine. *Inde vero eius & trium puerorum reliquiæ translatæ sunt Alexandriam, & in Ecclesia S. S. Ioannis & Cyri positæ. Easdem Venetias translatas esse, & eius Danielis Vercellis, & magnam trium puerorum sacrorũ pignorum partem Romæ in Diaconia S. Hadriani asseruari, ait Baron in notis ad Mart. hoc die.*

ANN. 250. *VITA S. PRAXEDIS VIRGINIS PER ADONEM ARCHIEPISCOPVM TREVIRENSEM COLLECTA. HABETVR IN EIVS MARTYROLOGIO SUB XII. Kalendas Augusti.*

IVLII 21. A patre suo instruitur in fide catholica. Sacros fontes in ecclesia erigere Apostolici instituti est. Commendatur virgo ex martyrũ sepulturis.

ROMÆ natale S. Praxedis virginis. Hæc cum sorore sua beata Potentiana, à sanctissimo patre Pudente, qui fuit edoctus in fide à beato Apostolo Paulo, in omni castitate & lege diuina erudita, post transitum parentis, vigilijs & orationibus, atque ieiunijs assidue vacans, omne patrimonium suum simul cum prædicta sorore sua S. Potentiana, in sustentatione pauperum & Christi sanctorum erogauit. In titulo vero, quem pater earum Pudens, nomine beati Pastoris dedicauit, vna cum consilio beati Pij Sedis Apostolicæ Episcopi, fontem Baptismi construere soror & ipsa student, vt familia earũ die sancto Paschæ baptizaretur. Quos ad nonagintaex numero manumissos, beatus Pius aquis salutaribus abluit. Inde post innumera pietatis opera, post multorum martyrum sepulturas, inter quos beatum Symetrium presbyterum cum alijs viginti duobus, apud titulum supradictum manibus suis sepeliuit, qui per martyrij palmam ad regna cælorum transierant: eadem beatissima virgo migrauit ad Dominum, coronam iustitiæ receptura, duodecima Calendas Augusti. Sepulta est in cœmeterio Priscillæ, via Salaria, iuxta sororem suam atq; sanctum patrem Pudentem posita.

ANN. 260. *ACTA MARTYRII, S. IVLIÆ ET SOCIORVM EIVS, EDITA INTER antiquitates Tricassinas à Nicolao Camurat.* I.

IVLII 21. S. Iulia capitur à Claudio. Renuit Claudij nuptias.

IN Empore illo Iulia sanctimonialis Christi, ciuis vrbis Tricassinæ, capta est à quodam Claudio Imperatore barbarorum: cumque eam cœpisset, duxit illam in patriam suam: vides vero vultum eius pulchertimum, statim voluit eam sibi coniugio sociare. Tunc ancilla Christi dixit ad eum, ego sponsam habeo Dominum meum, cui me voui, & animam meam commendaui, & angelus eius mecum semper habitat: hic si vel leuiter senserit, quod tu me amore polluto contingas, mox contra te furorem suum exagitabit, & iniurias meas in te vindicabit. Cumque hæc audisset Claudius imperator, iracundia plenus, ait ad eam. Et quis est sponsus tuus, vel quis est cui potestas est ab eo data, vt vindicet iniurias tuas de manibus meis. At illa vt ancilla Christi fiducialiter nihil metuens, respondit dicens: Dominum meum habeo Iesum Christum qui est in cœlis, cui me deuoui virginem, qui habet potestatem vniuersæ carnis humanæ: cui seruio immaculata, qui potens est præstare omnia se ex fide petentibus. At ille audiens hæc, dixit ad eam. Tu vero vt audio Christiana es, at illa respondens, dixit, vere Christiana sum. Audiens hæc imperator magis timuit, & exinde satis cœpit eam honorare: Statimque iussit condignum parari cubiculum, vbi nullus virorum haberet ingressum: & præcepit puellis vt ei obsequiũ sine intermissione præstarent: Cumq; ibidẽ degeret: obsequiũ sibi vnaquæq; ad inuicẽ præstabat. Tunc ancilla Christi ingressa in cubiculum, orationi & ieiunijs vacare cœpit, maximasq; gratias agere Deo die noctuque, qui eam dignã habuit respicere positam in captiuitate, vt tantam gratiam inueniret in conspectu Domini Claudij imperatoris, pro quo tam deuote dominũ supplicabat, vt nihil mali euenisset in plebe, neq; in domum ipsius regis.

Claudius S. Iuliam honorat.

II.

CVMQVE hoc ageretur: contigit post paucum tempus, vt ad bellũ iret Imperator Claudios contra suos aduersarios. Et antequam proficisceretur, vocauit Iuliam ancillam Dei, & dixit ad eã. Roga pro me Dominũ tuũ vt sanus reuertar de inimicis meis triũphãs. Et ego te amplis honorib. ditabo. Castissima Dei Iulia, dixit ad eum. Perge securus, Dñe meus, ego n. orabo Dominũ meũ & sanus reuerteris. At ille audito sermone ancillæ Dei, peruenit ad aduersarios suos nocte, & percussit eos vsq; ad internecionẽ. Sed cum triumphasset de ijs reuersus in domũ suã cum magna gloria magnosq; ei apponens honores: vt dominã illã adorauit, non vt ancillã. Intellexit n. quod per eius orationes, Dñs saluare illum dignatus est. Quoniam longum est oia enarrare per ordinẽ rerum gestarũ, ego si posũ pauca de plurib. dicere curabo. Quotiescunq; Claudius Imperator ad bellũ pergeret, omnib. inimicis suis, pstratis in Dei nomine victor reuertebatur: quia Dñs noster Iesus Christus per orationem B. Iuliæ ancillæ suæ hoc illi præstabat.

Claudius per preces S. Iuliæ hostes deuincit.

III.

CVM vero complesset ibi Iulia annos viginti & octo: in visu apparuit ei Dominus dicens. Exurge, inquit, Iulia, quia nõ amplius oportet de hic manere, sed reuertere ad vrbem quæ vocatur Tecassis, vnde capta es, quoniã oportet te ibidem coronam martyrij accipere. Sancta vero Iulia exurgens prima luce, exultans & laudans & adorans Dominũ lætabatur q; vidisset visionem hoc iubentẽ, vt ad ciuitatẽ suam remearet: magis aũt confortabatur, quoniam ad gloriam & laudem Christi martyrium suscipere promeruisset, dicens quia si ibidem cursum meum habeo cõplere, ad coronã martyrij vocor. Accessit ergo S. Iulia ad Claudiũ Imperat. dixitq; ad eũ. Sic enim dignat⁹ est reuelare mihi Dominus meus Iesus Christus, cui seruio in corpore, & in spiritu meo immaculato, vt reuertar Trecassim, quia ibidẽ me oportet coronã martyrij accipere. Vide ergo Imper. ne velis me hic retinere, & graueris. Claudius Imper. dixit ad S. Iuliam. Tu hinc vadis, me cui relinquis? Nõ expedit mihi, vt vadas, nã veniẽt aduersarij mei à quib. per orationẽ tuã liberare me solebas, & occidẽt me. Ideo quæ mea sunt derelinquẽs, vadam tecũ. Sancta vero Iulia dixit ei. Relinque oia bona tua & veni mecũ, credo quippe in Dominum meũ, quod sibi acceptabilẽ te faciet, gregique

Visio S. Iuliæ.

que tuo sancto. At ille cum audisset hæc, derelinquēs domū suā, cum vxore & filijs aurū, argentū, possessiones multas & infinitas, profectus est cum ancilla Dei, non vt alienigena, sed vt domesticus sanctorum, non vt barbarus, sed vt fidelis Christianus. Non vt lupus, sed vt ouis Christi iter cum ancilla Dei carpit & vtrique properant in fines Trecassis. Ingressi sunt vero ciuitatem persequutionis tempore. Claudius cum S. Iulia Trecas proficiscitur.

IV. SANCTA vero Iulia hoc agebat vt religiosis qui retrusi erant in carcerem pro nomine Domini Iesu Christi palam se ostenderet, vt à militibus percuteretur. Post non multum vero temporis comprehensa est S. Iulia, & ducta est ad Cæsarem. Cumq; oblata esset Elidio præfecto, dixit ad eam. Tu Christum adoras quem dicis te habere sponsū, sancta vero Iulia respondit. Ego Christū Dominū meū confiteor, nam dæmones immundos non adoro. Tunc præfectus dixit militib. Ite & extendite eā ad trocleas, & carbones ignitos supra dorsum eius ponite. Cūq; extēsa fuisset eā cædebant, alii ministri venerunt, vt neruis crudis eā attraherent, & non potuerunt. Quod cū vidisset impiissimus Aurelianus, Sanctissimā virginē in sua constantia permanere: dixit ad eā. Sacrifica diis, aut certe si nō sacrificaueris, hodie gladio morieris. B. Iulia respōdit, ego parata sū ꝓ nomine Dñi mei Iesu Christi mori, qui me vocare dignatus est: vt completo certamine accipiam coronam vitæ meæ. Tunc Imperator data sententia, iussit eam decollari. S. Iulia cæditur. S. Iulia decollatur.

V. CVMQVE hæc audisset Claudius in ancillā Dei gesta fuisse, offerens Imperatori dixit, & me cū ea iube interfici, quia domina mea est: Imperator aūt interrogauit quis esset? At ille respondens, dixit, Ego sum Claudius Imperator, qui in captiuitate eā duxi: qñ contra Romanos pugnaui. Nam multa mihi Deus ipsius p eā præstitit bona: q̄ ego p annos viginti & octo venerando seruaui Sed cum Deus ipsius apparuisset ei nocte p somniū, vt acciperet coronā martyrii, dixit mihi: Noli me retinere domine mi, sed fac dimitti me vt eā ad vrbē Tricassinam, vbi Deus meus dignabitur dare mihi coronā. Ego vero dixi ei. Non vades nisi eā tecū, & ipsa sancta dixit mihi, relinque possessionē tuā & da pauperibus, & veni mecū, vt accipias coronā vitæ æternæ. Ego vero relictis oībus, ꝓ nomine Domini mei Iesu Christi ꝓfectus sum cum ea vsq; huc. Imperator aūt Aurelianus hæc audiens, dixit ei, Christianus non es, quomodo potes in nomine ipsius mori. Respondens aūt Claudius Imperator dixit, credo, si ꝓ nomine Dei mei Iesu Christi sāguinē meū fudero, vere Christianus ero. Nec ante conspectū magnæ diuinitatis suæ, B. Iuliæ martyris suæ meritis, faciet alienū. Imperator aūt Aurelianus audiens hæc, data sententia iussit eum gladio percuti extra muros vrbis Trecassinæ, vbi gloriosa virgo Iulia à Domino meruit accipere palmam 12. Kalendas Augusti. S. Claudius decollatur.

VI. QVOD cum regressus fuisset Imperator in prætorium suum, oblati sunt ei alii viginti: & hæc nomina eorū, Iusta, Iocunda, Ternus, Antonius, Herenus, Theodorus, Dionysius, Appolonius, Appamia, Pionicus, Custion, Papytyrū suū in pace, sepultiq; sunt in supradicto loco, in quo Iulia virgo passa est & sepulta. Acceperunt igitur coronā vitæ apud Dominū nostrū Iesum Christū confessione nominis sui: quia ipse dare dignatus est vitā æternā, cui est honor & gloria, virtus & imperium sempiternum, laus & potestas cum Deo patre, almoque & viuifico spiritu, in sæcula sæculorum. Amen. *Huius S. virginis corpus in sanctimonialium Iotrensi cœnobio in Meldensi diœcesi constituto asseruatur, vt testatur Molanus in notationibus, quæ ad Vsuardi matyrologium adiexuit.* alibi *Iustus Iocundus.* Alii 20. martyres decollātur.

DE BEATA MARIA MAGDALENA, EX AVREA ROSA SYLVESTRI PRIERATIS Dominicani: In expositione Euangelij feriæ V. intra octauas Paschæ.

ANN. 30.

I. CVM anno Dñi 1497. deuotionis gratia antrū, in quo pœnituit B. Maria Magdalena, & sacras eius reliquias apud S. Maximinū visitassē, ostēsum est mihi pluries sacrū & venerabile caput eius, grāde valdè, & totū vndiq; ad os vsq; denudatū, excepta ea parte frōtis, quā Saluatorē omnium diximꝰ tetigisse. Ibi enim pellis adinstar quasi Aethiopissæ, seu cadaueris iandiu occisi, clarè apparet, & in pelle duæ fossæ duarū extremitatū digitorū: quārū altera multo est reliqua euidētior atq; profundior, & sub pelle caro ad albedinē declinās. Ostēsi sunt & in vitrea ampulla eiꝰ capilli, nō omnes, sed qui pedes Christi tersere: ne cnō & ampulla vitrea, plena terra habēte colorē mediū inter rubeū ac nigrū, quā in parasceue beata Magdalena sub cruce collegit; quæ, vt oēs mihi sine hæsitatione affirmabāt, singulis annis in die parasceues, perlecta passione, euidēter & clarè ebullit, acsi ibi videatur sanguis ebullire. De qua quid sentiēdū sit, aliàs. Vidi & brachiū eius magnū & cerei coloris. Ossa vero eius in capsa argētea reclusa, videre nō potui. Alabastrū quoq; vnguēti nardi spicati pistici pciosi, mōstratū est mihi Massilię in ecclesia S. Victoris. IVLII 22. Reliquiæ S. Magdalenę apud S. Maximinū in Galliis. Vestigia digitorum Christi manent in capite Mariæ Magdalenæ.

II. CVM vero diligētius de omnib. ꝑdictis veritatē scrutari voluissē, Chronicā huius sentētiæ reperi. Carolus rex Siciliæ secūdus, & Comes Prouinciæ, circa annū Dñi, bello nauali cū rege Aragonū cōgressus, victus & captiuatus est, & apud Barcinonē moritutus, diro carceri mācipatus. Cūq; omni humana spe destitutus, indubitatā mortē expectaret in breui, à magistro Guilielmo de Tōnanis, Ordinis Prædicatorū, cōfessore suo monitus est, vt Magdalenā, quæ in terris sibi subiectis prædicauerat, pœnituerat & obiërat, in auxiliū aduocaret. Qui statim firma spe de meritis eius cōcepta, ieiunio & cōfessione & lachrymis ei se cōmēdauit, Eccè aūt in ipsa vigilia festiuitatis beatæ Magdalenę nocte adstitit ei matrona pulcherrima, Carolū voce sonora & proprio nomine vocās, preces eius exauditas commemorās, & vt se velocius sequeretur, indicās. Cūq; pro captiua familia sua ille precaretur: Sequere, inquit, me, & te sequētur tui oēs. Sic aūt factū est. Post paululū vero cū aliquātisper processissent, illa firmato gradu, & se inuocatam Magdalenā esse cōmemorās: Scis, ait, vbi sis modo? At ille: Intrà muros, inquit, adhuc sumus Barcinonis, si non fallor. Falleris, inquit: sed iā es intra terminos tui principatus, & prope Narbonā ad * milliare vnū. Sunt aūt inter Barcinonē & Narbonā tres magnæ dietæ, & triginta amplius * milliaria. Tunc ille perfusus lachrymis: Quid, inquit, ō domina, gratū rependere ꝓ tanto beneficio possum: Dicam, inquit. Cum instante bello quodā corpus meū de meo sepulchro sublatū, & loco eius aliud suppositum fuisset, vt fallerentur inimici, si meum corpus absportare voluisset, ita factum est. Vnde adhuc eo in loco iacent reliquiæ meæ, aliis loco earum sublatis. Illuc pergè, & eas talibus signis inuenies. Nam eo in loco vitis est, quam sequēs, de ore meo prodiisse videbis: & ibi est caput meum totum nudum, excepta ea carne, q̄ Saluator mundi in horto tetigit, cum eius volui tenere vestigia. Capilli omnes interiërunt, exceptis ijs, qui [a] Iesu Christi pedes tetigēre. Iuxta caput est ampulla plena terra madefacta sanguine Christi, quā sub cruce collegi, & semper, quoad vixi, in memoriam Dñi mei seruaui. Cum hæc inueneris, honore digno eleuabis, & locū meæ mortis & meæ pœnitētiæ fratrib. meis, id est, Prædicatorib. trades. Ego n ꝑdicatrix & Apostola fui. Cōuētī loci, in quo decessi, reditus ꝓ cētū fratrib. assignabis, vt semp ibi vigeat studiū generale. Et his dictis, disparuit. CARLOS Siciliæ rex Liberatur per B. Mariam Magdalenam. * leucam. * leuca. Hoc factū est anno 716. tempore infestationis Sarracenorum, vt in chartello iuxta corpus inuenit. Carolus Siciliæ rex multa extruit monasteria Prædicatorum.

to annotatum se vidisse narrat Richard Cluniac in Nicolao 9 & ex eo Baronius, an 1279 a Capilli, qui Christi extersere pedes, manēt salui.

III. ILLE vero, facta iam die, Narbonam cernens, in eo loco, in quo Magdalena disparuit. Crucem figi iussit, quæ vsque in præsens, Crux de leuca, dicitur: & S. Maximinum adiens, omnia per ordinem reperit, & iussa perfecit. Nam cum in illis duobus locis monachi habitarent, eis contributionem fecit, & loca illa fratribus Prædicatoribus tradidit, assignans reditus super gabellis ciuitatis Niciensis & aliis, iuxta præcepta Magdalenæ. Templum vero reliquiis eius regium incepit, sed non plene perfecit. Profectus vero ad regnū, monasterio duodecim vel plura Ordinis eiusdē Prædicatorū fabricauit atq; dotauit: in quibus de Magdalena vsq; hodie memoria quotidie agitur: ac tandē moriens, cor suū Ordini eidem legauit, q̄ vsq; hodie in conuentu S. Dominici de Neapoli, in eburnea pyxide reser-